

Franckesche Stiftungen zu Halle

Salomonis, Regum hominumque, peccati labe laborantium, sapientissimi, Proverbia & Ecclesiastes

Breithaupt, Joachim Just

Magdeburgi, 1717

VD18 11104074

Caput Duodecimum.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216270

Et dictis super, & factis; super omnibus istis
 Motibus, internis, externis; sintne supernæ
 Indolis, an Stygiæ fuerint incendia flammæ.
 10. Ergò, Dei ut dignis adolescat Gratia tecum
 Auxiliis, seclude tuis à sensibus iram,
 Invidiæ stimulos, infensi Dæmonis arma:
 Pelle " voluptates, impuras atque feroces,
 Carne tuâ; tanquam æterni mala semina luctûs.
 Insanæ quid enim juvat indulgere juventæ?
 Auroræ pennis cita præterit. irrita fallunt,
 Talia non solùm, verùm & præcordia diro
 Vulnere discerpunt. Sectare ô gaudia pura:
 Dumque licet, tua, fac, in verius orsa reflectas!

CAPUT DUODECIMUM.

*Denique impenditur hoc caput totum Epilogo; & quidem præscripto Evangelicæ
 hilaritatis affectui, [signo fidei, ut victoriæ de mundo, seu vanitate,
 1. Job. V, 4.] redigendo in justum ordinem. Unde satis intelligitur, quàm
 integrè ac castè Salomo, post actam pœnitentiam; atque adeò, quàm verè
 & sapienter doceat, vanitatem vincendam expedito rerum usu ita esse, ut
 tranquillitas animi, seu lætitia, freno timoris DEI, meditandæq; mortali-
 tatis*

juventus tua. Et oblectet, inquit, te cor tuum in diebus adolescen-
 tiæ tuæ; & ambula in via cordis tui sine maculâ, & in aspectu ocu-
 lorum tuorum, & non in audaciâ oculorum tuorum: in aspectu ubique spi-
 rituali, non audaciâ seculari. Et scito, quòd super hæc omnia addu-
 cet te Deus in judicium. Et repelle iram à corde tuo, & amove ne-
 quitiam à carne tuâ. (t) I, 18. u, V, 16. s. VII, 3. 9. n. (u) Pr. XIV,
 16. XXII, 3. XXVI, 17. (x) sup. 9. (y) De vanitate, I, 2, e. 18. y.

tatis & futuri iudicii, id quod jam tum à Patre didicerat, Ps. XXXIX, 6. XC, 13. temperetur. Quum verò nihil corruptæ indolis humane sit magis proprium, quàm novissimorum memoriam prætermittere; cuius mali non immemor David, tantopere istam reminiscentiâ à DEO ipso flagitârat: idcirco, dâce Spiritu S. admonitus, quòd cum precibus sit conjungenda assidua meditatio; inspiratâ hic, subministrat incomparabilem tristiorum senectutis idearum hypotyposin; quâ religiose & firmiter menti infixâ, homines adhuc vegeti membrorum omnem abusum detestentur. 1.--7. Quem admodum Apostolus atrocissimam peccati originalis efficacitatem exhibet Rom III, 10.--18. Ne autem isthec etiâ representatio adservetur negligentiùs; Ecclesiast's, parte posteriôrè, addit excitatam conclusionem, 8.--14. Applicanda omnia, velut stimuli, ad vanitatem exterminandam; ut docendo, pariter obsequendo: non quarenda multa; quæ distrahant, aluntq; vanitatem magis, quàm veritatem: veritas, simplex, quæ Christi est, multùm exercenda atque unicè; consistens in Dei cultu, referendo ad iudicium extremum rebus omnibus.

EJa age, læta dies circumfluat undique floris,
 Germina prima tui, Superûm dulcedine tantâ
 Mentem animumque rigans, ut te sine fine *Creantes*
 Possideant, *Genitor, Verbumq; & Spiritus*; alinam
 Fundantes pacem, memoriq; in corde manentes.
 In DOMINO lætare tuo! fixumque repone

Rr

Visce-

PARALLELISMUS CAPITIS XII.

(y) Aug. VARENIUS, in h. l. Noli florem juventutis Diabolo consecrare, & fecem Senectutis DEO reservare. (z) Conf. V, 7. q. post. vid. GLASSIUS, Philol. S. l. III. tr. I. can. 24. & 25. de nomine Elobim. conf. & Ps. LXXXII, 6. CXLIX, 2. Job. XXXIV, 10. Es. LIV, 5. Gen. I, 1.--26. A. Varen. Alius creandi, de DEO vero predicatur in numero plurali; ut sint Elobim creantes, tres persone, quæ sunt DEUS CREATOR. (a) I, II, x, II, 16. n. IX, 5. 15. XI, 8.

Visceribus Fidei cultum multò antè, molesti
 Quàm^b soles veniant^c, curru accelerante vehentes^c
 Mille mala^d annorum; quibus incumbentibus, æger
 Suspirabis: in his reliqua est mihi nulla voluptas^e!
 Proinde sit una super requies^e; penetralibus imis
 Quæ nunc tecum habitat, quæ duret tempore in omni:
 Certa, mori in summo te Numine, certa futuri.

2. Hinc JOVAM primi venereris honoribus ævi
 Pergratis; dum cernis adhuc^b, constare sereno
 Cuncta polo: radians dum Sol cum luce diurnâ,
 Lunaque cum stellis pulchrè fulgentibus, obstant
 Invisis tenebris^f; necdum, per mutua, cœlo
 Succedunt pluvio nubes^g pluvialibus Austris.

3. Nam mox tempus^b erit, seræ cùm ad fortia vires,
 Corporeæque domûs custodesⁱ, brachia, fractâ
 Mole vacillabunt; nec stabunt robore^k firmo^l
 Arma virique pedum, crurumque; ubi, debita
 membris,

Ossa

(b) 2. 6. Pr. VIII, 26. (c) VIII, 14. (d) I, 13. e. (e) inf. 10. III, 1. r. (f) 3. o. V, 16. r. (g) XI, 3, 4. (h) conf. II, 3. k prius. Pr. VIII, 30. ATHANASIUS, Synops. Script. S. I. 15. Salom^o, universa transcendens, hortatur, ut aternorum memoriam servemus; & sciamus, futurum aliquando, ut mundus hic præsens finiatur, cùm dicit: In die, quâ commovebuntur custodes domûs, & nutabunt viri potentes, & molentes otia buntur. &c. (i) V, 7. r. (k) Pr. XII, 4. s. conf. VI, 12. VII, 14, 15. XX, 29. (l) L, 15. i. VII, 13. e. post.

Ossa, suum sensim amittent nervosa tenorem:
 Cessabuntque molæ; quoniam rarefcere^m dentes
 Occipient, cum aliis supraque infraque molares;
 Quique, fenestrarumⁿ propriis splendoribus usi,
 Omnia rimari poterant, nigrescere circum
 Omnia tunc, oculi, sensu torpente stupebunt.

4. Tum quoque vela^r oris, plateas spectantia, claudent^r
 Facundas taciturna fores^r; lugentia presum^r
 Tritûs seu linguæ sonitum, qui surget inertî
 Voce avis^r; ac cantûs suavissima quæque jacebunt^x
5. Pignora. tum ex alto^r strepitûs, formidine falsâ,
 Auriculas lædent; iter^z & terroribus atris
 Horrebit: pariter florebit amygdalus, albi
 Canitie capitis; seseque, onerata locusta,
 Intra humeros curvabit inops; aberitque^a cupido.
 Nimirum, hinc discedit^b homo; demigrat eundo
 Ad sedes sibi mansuras: en, cominus, cheu!
 Tristi circuitu planctum^d per strata^e cientes!

Rr 2

6. Quod

(m) V. 11. IX, 14. conf. Pr. VI, 10. a. XIII, 11. (n) conf. Pr. VII, 6. (o) sup.
 2. f. (p) Pr. VIII, 34. XXVI, 14. (q) 5. Pr. VII, 8. Cant. III, 2. (r) conf.
 Pr. XXVII, 15. (s) X, 6. g. Pr. XVI, 18. XXIX, 23. (t) sup. 3. u. (u) IX,
 12. s. Seb. SCHMID. evadet in vocem avicule. (x) Pr. II, 18. XII, 25. g.
 (y) V, 7. q. (z) X, 3. m. GEIERUS hîc commendat Hieronymi pa-
 raphrasin: ardua ingredi non valebunt, & lassîs poplitibus ac trementi vestigio,
 etiam in plano itinere, fluctuantes, offensam gressuum formidabunt. (a) conf.
 Pr. XV, 22. 9. (b) I, 4. h. (c) I, 6. n. prius. (d) sup. 4. q. (e) III, 4.

6. Quod reputans, cor omne Patri tu redde! prius-
quam ^f

Funiculus, vitam retinens, argenteus ^g, arctis
Nexibus exciderit ^h; fons & dediscat, in auro ⁱ
Currere ^k sanguineo: ne, quum exantlaverit haustûs
Urna citò ad scatebram, molimine victa fatiscat ^l;
Nec circa puteum rota se contriverit ^m usu.

7. Pulveris ⁿ, antè, hujus quàm dilabatur arena
In terram, ut fuerat ^o, limumque; & Spiritus ^p, alis
Quàm repetat ^q JOVAM, primus qui condidit ^r ipsum.

8. Mundi ô quæ nugæ! tantum est in rebus inane,
Omnibus! ah! totum, quod in orbe, molestia vana:
Excepto, quicquid curarum æterna requirit.

9. Vox oratoris ^s sic personat; ampliùs ^t addens:

Una

(f) 1, 2. b. (g) II, 8. conf. Pr. X, 29. (h) VII, 23, 24. q. (i) II, 8. conf. Cant. V, 11. (k) IX, 11. (l) Pr. VI, 15. (m) Esa. XLII, 4. (n) Gen. II, 7. XVIII, 28. (o) V, 14, 15. (p) I, 5, 14. III, 22. p. VIII, 8. X, 4. XI, 5. Pr. XV, 4. XVII, 22. (q) conf. Philipp. I, 23. 2. Tim. IV, 6. (r) inf. II, IX, 9, 1. AUGUSTINUS, de Genesi ad litteram: l. X. c. 9. Hoc testimonio sanè satis admonemur, ex nihilo Deum fecisse animam, quam primo homini dedit; non ex aliquâ jam factâ creaturâ, sicut corpus ex terrâ: & ideo, cum redit, non habet, quò redeat, nisi ad autorem, qui dedit. (s) I, 2. c. HIERONYMUS, in h. l. Post descriptionem interitûs humani, pulchrè exordium libri sui repetens, ait: Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, omnia vanitas! Quum enim cunctius mortalium labor, de quo in toto volumine disputatum est, huc perveniat, ut vertatur pulvis in terram suam, & anima illuc redeat, unde sumta est; magne vanitatis est, in hoc seculo laborare, & nihil profutura conquirere. (t) 10. I, 1. b. (u) 12. II, 15. L.

Una salus restat, superis sperare salutem
 In tectis: ibi, fas, humana resurgere regna!
 Hæc spes, hæc nobis superest! Ita quippe Sacerdos
 Non modò erat vani ac veri discrimine pollens;
 Verùm etiam populum scita intemerata docebat:
 Aurem arrexerat enim, interiùs scrutatus; & altè
 Investigavit sapientum^x effata, redacta^y
 Ordinis in seriem; proverbialia^z multa relinquens.

10. Idem Mysta^t, sequens morum vestigia mira;
 Commoda signa illis, ac respondentia rerum
 Ponderibus, simul & quæ jucundissima^a fatu,
 Sollicito studii indagans^b invenit^c amore.

His itaque in chartis calamo pulcherrima recti^d
 Pingitur, & legitur natura; fidelia verba:

11. Verba sacerdotum Sophies^e. quæ, sicut acuti,

Rr 3

Sunt

(x) 11. II, 13. f. (y) I, 15. k. (z) conf. Pr. I, 1. 6. o. HIERON. Proverbia, non hoc sonare, quod scriptum est, etiam in Evangeliiis edocemur; quòd DOMINUS populo in parabolis & proverbiiis sit loquutus, secretò autem Apostolis dissolverit ea. Ex quo manifestum est, & Proverbiorum librum non, ut simplices arbitrantur, patentia præcepta; sed, quasi in terrâ aurum, in nuce nucleus, in hirsutis castaneorum operculis absconditus fructus inquiretur, ita in eis divinum sensum altius perscrutandum. (a) III, 1. t. (b) 15. y. III, 6. VII, 25. a. Prov. XXVIII, 5. (c) III, 11. VII, 14. m. conf. Prov. XV, 14. (d) VII, 29. 11. Pr. II, 13. 21. IV, 11. indoles recti, [rectitudo] veritas, opponitur vanitati, ut Prov. XI, 18. XXXI, 30. (e) sup. 2. x.

Scripta recognoscis crebrò) nihil improbus usus
 Quorumcunque^k; librosque edendi cruda libido,
 Justum exosa modumⁿ; simulacraque legis adaucta,
 Officiunt: nocet^o ipsa, nimis vaga^p, lectio carni^k.
 Summa^q, omnis moniti & doctrinæ, corrigat una
 Omne, quod audimus: tu religionē beatā
 Æternū reverere^r Deum; divinaque jussā,
 Ceu custos rigidus, sēva! Lex insidet ista
 Cuique hominum^r: nec non invitum hæc cura re-
 mordet.

14. Namq; opus^r haud fuerit tandem, quod conscius, orbis
 Terrarum iudex, producere parcat in acre
 Examen: neque res in eo sub nocte filebit
 Abdita^r; seu laudem referat, seu^r damna reportet.

Chri-

XXVII, II. XXXI, 2. (n) II, 15. III, II. o. IV, 8. 16. VII, 9, X, 13. (o) I, 8. 18. (p) II, 16. p. (q) Secundum antecedentia Hieronymiana; in numeris commentis, quibus non finis, opponitur hæc summa veritatis, tanquam finis unicus, verus, bonus. conf. III, II. VII, 2. i. Tim. I, 5. GEIERUS. succincla dictorum dicendorumq; recapitulatio, in quam omnes nostræ meditationes merito debent ultimò desinere; quæ etiam ultimus actionum ac dictorum debent esse scopus. (r) V, 5. Pr. I, 7. p. III, 7, 8. (s) III, 12. r. VII, 20. conf. AUGUSTINUS, de Civit. Dei l. XX, c. 3. (t) conf. Act. XVII, 27, 28. (u) II, II. x. (x) III, II. n. conf. de  GERHARDI Harmon. Evang. in Matth. XXVIII, 20. p. 2243. 2251. (y) III, II. n. (z) V, II. b. XI, 3. A. Varen. Atque ita, sanctissimo & persevero fulmine iudicii novissimi, desinit KOHELETH: propter quod, ultimo versui jam lecto penultimum novâ lectione superaddi, voluerunt vete-

Christicolæ, vobis nunc parcite! ludicra vestro
 Tot vidisse bono Salomonem, agnoscite cauti.
 Gratia sola Dei stabit: modò vanum & inane^z
 Sunt alia. ah! fugite id, fugite id, pueri atque puellæ:
 Vosque viri, atque senes! viridi latet anguis in herbâ.
 Conspicitis finem^z! Quæ fors abludit ab illo,
 Vana est, & furias nutrit sine fine dolorum.

Jamque, triumphatis nugis; in vota precesque
 An cessas, *Lector*? cessas? neque enim ipse valebis,
 Intra animum per te vincere ac vincere monstra^z.

res Judæi. Conf. AUGUSTINUS, suprâ VIII, 14. ATHANASIUS,
 Orat II. contra Arianos. Salomo dicit: Omnia, quæ facta sunt, addu-
 cet Deus in judicium, in omnibus dispiciens, quid boni aut mali sit. Quia
 propter si factitium quiddam est verbum, ducetur & ipsum nostro more in ju-
 dicium. Et ubi tandem judicium, si ipse judex in reatu futurus sit? aut, quis
 justis benedictiones; aut quis iis, qui digni sunt, meritis penas retribuet; cum
 Dominus, ut unus nostrum, una cum reliquis ad judicium sistatur? aut, cui
 legi legislator subjiçetur? Rerum enim creaturarum est, ut judicentur, benedi-
 cantur à Filio, & præmiis condignis afficiantur. Timete igitur judicem, &
 credite Salomoni. Si enim omne, quod factum est, adducet Deus in judicium;
 & Filius non est ex numero eorum, qui judicandi sunt, sed potius omnium re-
 rum creaturarum judex; qui, quæso, non clarius sole patuerit, Filium rem facti-
 tiam non esse, sed Patris Verbum, in quo omnia fiunt, & judicantur? (z)
 Idem, Synops. Script. S. l. 15. Ecclesiastes, cum, quæ finem mundi subse-
 quuntur, ita exponit; ostendit, quod illud; Vanitas vanitatum! non ad
 hoc dixerit, ut creaturam criminaretur; sed, ut æterna contemplatus, rerum
 temporalium desiderium, admoneret, esse vanitatem. Et, ubi judicium futu-
 rum esse docet, innuit; fore resurrectionem mortuorum, & actorum retribu-
 tionem. conf. I, 18. y. (z) sup. 12, q. (z) conf. Pr. VI, 13, 19, 24. XVIII, 1.

VERI-